

242A

DIE XXVIII. MAII.

IN FESTO

S. AUGUSTINI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, praeter sequenti.

In Hymno *Iste Confessor* mutatur tertius versus.

Oratio.

Deus, qui Anglorum gentes, praedicatione et miraculis beati Augustini Confessoris tui atque Pontificis, verae fidei luce illustrare dignatus es: concede; ut ipso interveniente, errantium corda ad veritatis tuae redeant unitatem, et nos in tua simus voluntate concordes. Per Dominum...

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

LECTIO IV.

Augustinus Romae in Lateranensi coenobio monachus, a Gregorio Magno cum sociis monachis fere quadraginta in Angliam missus est anno quingentesimo nonagesimo septimo, ut gentes illas ad

Cristum converteret. Erat eo tempore rex Ethelbertus in Cantio potentissimus, qui audita adventus Augustini causa, eum cum sociis Cantuariam, sui regni metropolim, invitavit; ibique manendi et Christum praedicandi facultatem einde liberaliter concedit. Quare sanctus vir prope Cantuariam oratorium extruxit, ubi ipse aliquamdiu consedit, atque Apostolicam vivendi rationem cum suis emulatus est

¶. Inveni David...

LECTIO V.

Cœlestis doctrinæ prædicatione plurimis firmata miraculis, ac vitae exemplo sic insulanos illos demulxit, ut eorum plerisque ad Christianam fidem perduxerit, ac demum regem ipsum, quem cum in numero suorum comitatu sacro fonte lustravit, summa cum laetitia Berthæ regiae uxoris, quæ christiana erat. Olim in Natali Domini, cum decem

millibus et amplius baptis-
mum in alveo fluminis Eborá-
ci contulisset, quoquot ex iis
morbo aliquo affécti erant,
cum ánimae salúte, corporis
quoque sanitátem recepisse
memoriæ próditum est Jussu
Gregórii ordinátus Episcopus,
sedem Cantuáriae instituit in
Ecclésia Salvatóris a se erécta,
in qua mónachos óperis sui
subsidiários colocávit; et sancti
Petri monastérium, quod póstea et a suo nómíne dictum
est, in suburbánis constrúxit
Idem Gregórius usum Pállii
cum facultate ecclesiásticæ
hierarchiæ in Anglia insti-
tuéndæ ei concéssit, quo no-
vam etiam operariórum ma-
num misit, nempe Mellítum,
Justum, Paulínum, et Rufi-
niárum.

¶. Pósuit adjutórium...

LECTIO VI.

Dispósitis ejus Ecclésiæ re-
bus, synodus hábuit Augus-
tinus cum Episcopis atque
Doctoribus véterum Britónum,
qui in Paschæ celebratióne ali-

isque ritibus ab Ecclesia Ro-
mána jamdúdum dissidébant.
Sed cùm eos neque Apostóli-
cæ Sedis auctoritaté, neque
miraculis móvére posset ut dis-
sídio cessárent, prophético spí-
ritu eis excidium prænun-
tiávit Dénique máximis pro
Christo exantlatis labóribus,
miraculis clarus, cùm Mellítum
Londinénsi Ecclésiæ præ-
fecisset, Justum Roffénsi, suæ
Lauréntium, in cœlum migrá-
vit séptimo kaléndas Junias,
Ethelbérto regnante, ac se-
pultus est in Monastério sancti
Petri, quod exinde Cantua-
riénsium Antistitum et aliquot
Regum conditórium fuit. Ejus
cultum fervénti studio prose-
quútæ sunt Anglórum gen-
tes, ac Leo Décimus tertius
Pontifex Máximus ejus Offi-
cium et Missam ad univérsam
exténdit Ecclésiam.

¶. Iste est qui ante ..

IN III. NOCTURNO.

Lectiones de Homilia in
Evangel. Designávit Dóminus
de Comm. Evangel

MALACIA.

ET OFFICINAM OLIM MARTINEZ DE AGUILAR.
TIPOGRAPHI BIBLIOPOLÆ, NUNC AUTEM AMBROSI RUBIO
EJUS SUCCESSORIS.

